DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Authentik Reliquien zweier Märtyrer

Pfarrarchiv Kartitsch

08.10.1740

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7807.A15

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-67089

Visual Library

8

FR. THOMAS CERVIONI A' MONTE ILCINO, PATRITIUS SENENSIS, Archiepiſcopus, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Porphyrienſis, Sacrarij Apoſtolici Pręf., Pontificij Solij Aſſiſtens, ac totius Ord. Erem. S. Auguſtini Ex-Gen.

UNiverſis, & ſingulis præſentes literas noſtras viſuris fidem indubiam facimus, quod Nos ad maiorem Omnipotentis Dei gloriam, Sanctorumq; ſuorum venerationem, ex ſacris Reliquiis de mandato SS.D.N.PP. è Cœmeterio S. Calisti extractis, & à Sacra Congregatione Indulgentiarum, ſacrarumque Reliquiarum recognitis, & approbatis dono dedimus Dnō Josepho Leffler partes Capitum SS. Venerandi, et Severini Martm.

collocat. in Capsula lignea, charta depicta cooperta, vitta serica rubra ligata benè clauſa, noſtroque parvo ſigillo obſignat. cum facultate apud ſe retinendi, alteri donandi, extra Vrbem mittendi, & in qualibet Eccleſia, vel Oratorio publicæ fidelium venerationi exponendi, & collocandi, abſque tamen Officio, & Miſſa, ad formam Decreti Sac. Congregationis Rituum editi die 11. Auguſti 1691. In quorum fidem has præſentes literas manu noſtra ſubſcriptas, noſtroque ſigillo firmatas per infraſcriptum noſtrum Secretarium expediri juſſimus. Dat. Romæ die 8 Menſ. Xbris Anno 1740

Fr. T. Archiep. Porphyrien.

Gratis ubique omnia
Regiſt. lit. I.

Valent. Valentini Secr.

Celsmi et Revmi Dni Dni Caspari Ignatij Epi et S: R: I: Principis
Brixinensis &c. Suffraganeus, et Vicarius in Spiritualibus Generalis &c. Nos
Ferdinandus Josephus Gabriel Dei, et Aplicæ Sedis gratia Episcopus
Hyppolitanus, Comes à Sarnthein, Dnus in Kollenburch, Kellerburg,
et Kranzlstein, Summus Præpositus, et Canonicus Cathedralis Ecclæ Brixinensis
nec non Consistorii Præses ac Præpositus Collegiatæ Ecclæ B: V: M: in
ambitu Brixinæ &c. Quandoquidem Identitas retroinsertarum
SS: Reliquiarum à Nobis ritè recognita fuerit, hinc attenta hujus-
modi recognitione concessæ in hac præsenti attestatione facultati inhæren-
tes easdem ferre licentiam concessimus, et impertimur, quatenus eædem
sacræ Reliquiæ in qualibet Ecclia, vel oratorio hujus Brixinensis
Diocesis debito cum cultu collocatæ publicæ fidelium venerationi
exponi, vel privatim retineri possint, et valeant. In quorum fidem &c.
Datt: in Consistorio Brixinæ Die 4ta Mensis Aprilis Anni 1747.

Ferd: Josephus Hyppolitanus
Vicarius Glis

Joseph Andreas
Müller Consistl.

Joseph [illegible]

Reliquiæ

Reliquiæ

Venerandi et Severini

1740 X 8